

## 252.

1218 [Januar—September].

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 215. Das am Rande beschädigte S., an rothen Seidenfäden, = Taf. III. 2.*

5 *Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 15,2.*

*Markgraf Dietrich dotirt die in Grimma zu Ehren Gottes und des h. Oswald erbaute Kapelle und eximirt dieselbe von der Parochialkirche in Bardau, wofür dieser aus den dem Markgrafen zustehenden Zinsen von den Höfen Grimma jährlich 10 Solidi entrichtet werden sollen.*

10

## 253.

*Bischof Ekkehard von Merseburg bestätigt das vorstehende Abkommen zwischen dem Markgrafen Dietrich und dem Kloster Altzelle wegen Gütern in den beiden Dörfern Glasau und Miltitz. Vergl. No. 238.*

Merseburg, 1218 [Januar—September].

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 214. S. des Bischofs, an rothen und grünen Seidenfäden, gut erhalten.*

15

*Ann.: Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 21.*

:In nomine sancte et individue trinitatis. Ekkehardus dei gratia Mersburgensis  
 ecclesie episcopus.: | Quoniam ex iniuncto nobis a deo presulatus officio debitores sumus  
 operam dare iusticie et equitati, | cum ecclesie ad mutuam teneantur consilium et auxilium,  
 20 visis privilegiis super contractu Cellensis cenobii | et illustris marchionis Misnensis  
 Theoderici habitis, quibus prefatus marchio predicte ecclesie villam Ranstede cum uni-  
 versis suis attinenciis, decem quoque mansos in Glasowe itemque decem in alia Glasowe  
 nec non et decem in villa Miltitz tum pro remedio anime sue tam pro taxatione pecunie  
 cum consensu comitis Friderici de Brene, quoniam tunc temporis hunc solun sustinebat  
 25 heredem, contradidit, a quo nimirum comite, quicquid in prefatis villis dicionis habuerat,  
 simili condicione fratres predicti iam ante redemerant, nos gestis subscribimus. Denique  
 id, quod legitime celebratum est, auctoritate dei et nostra confirmamus et, ne hunc  
 rationabilem contractum et sollempnem resignationem quis violare vel infringere pre-  
 sumat, in virtute sancti spiritus et auctoritate apostolorum sub horrendi anatematis vinculo  
 30 districte interdiciamus et hanc confirmationis paginam ad immortalem huius rei memoriam  
 sygilli nostri impressione et banni confirmatione comunimus statuantes, ut contractus  
 vel resignationis prefate violator anathema sit et eternas cum Iuda traditore penas per-  
 solvat. Data Mersburek in sollempni synodo anno dominice incarnationis M. ccc. xviii.,  
 indictione vi., presidente Romane sedi papa Honorio, regnante Romanorum rege Friderico,  
 35 pontificatus nostri anno iii., presentibus et approbantibus quam plurimis ydoncis personis  
 testibus tam clericis quam laicis, quorum hic nomina sunt annotata: Heinricus prepositus.  
 Heinricus decanus. Heinricus de Kamburch. Heinricus de Kambure. Heinricus de  
 Groiz. Willehelmus regularis de Lipz. Heinricus de Warin.

(S.)